

enerationem laborū Fratrum, & in fauorem  
fidei ampliandę, interpretatio latissima est  
facienda, & confirmatur, quia Paulus. 4. con-  
cessit nobis de nouo noua priuilegia con-  
cessa, & concedenda iuxta fauorabiliorem  
illorum interpretationem. Hęc prædicti Pa-  
tres vbi supra, & Pater Emanuel art. 4. His  
addit Pater Magister propria manu. Et quod  
illi qui nati sunt ex mixtione Hispanorum  
& Indorum que son Mestizos, y los Mula-  
tos, y Negros, possint Baptizari a Religiosis  
in populis signatis, sed etiam filij Hispano-  
rum ibi commorantium, non solum ex pri-  
uilegijs adductis, sed ex illis que per Nicola-  
um. 4. Inno. 4. Sixuum. 4. Inno. 8. Ioan. 22  
Immo etiam Sacramentum Matrimonij eis  
ministrare possunt, sine alia licētia Dięcesani  
vt dictū est, & inferius erit dicēdū Hęc ille.

¶ Adhuc dubiū est de filijs Hispanorum  
A Ethiopum & Mulatos. An possint Bapti-  
zari per prædictos Fratres in locis sibi as-  
signatis vel assignandis? Pater Noreña ver-  
bo Baptizare. concl. 3. dicit. q̄ nusquam vi-  
dit priuilegium quo possimus Baptizare  
filios Hispanorum, vel A Ethiopum: nihilo-  
minus tamen q̄ per Breue Adriani. 6. Pro-